


Misc. 6^m

cat. 1, 63.



Ad vitam Jesu Christi.

- | | |
|--|------------|
| 1) A. Pfeiffer praeſ. (resp. M. Bernhard | 4) 9. |
| Judaeorum, seu Pharis., sa | |
| 2) Jo. Sylvii Egrani Apologia in q | 20) F. |
| uo pioine Claeophae et Sa | |
| u prob. Testim. refectus | 21) F. |
| Petri Mosellani | |
| 3) F. S. Hager de anno nativitatis | |
| 4) (de anno nativitatis) | 22) C. |
| 5) F. F. Koeber de ostentis circa nati | |
| 6) P. M. Sagittarius (de Jesus nomin | 23) F. |
| Attenb. 1676. | |
| 7) F. F. Koeber de infanticidio Her. | |
| 8) E. F. Wernsdorf de Christo latine | 24) F. |
| 9) Ch. Loeben de nomine salvatoris. | 25) F. |
| 10) F. A. Danz praeſ. (resp. F. Veltin) | |
| Formus iudaicus. Den | 26) A. |
| 11) H. A. Schott de coasilio quo Jesus | |
| Kiseb. 1810. ^{anno 1810} | |
| 12) F. Hildebrand praeſ. (resp. F. Kue | 27) 27) F. |
| Christi. Helmest. 1661. | |
| 13) J. F. Buches praeſ. (resp. G. Geysen | 28) 28) F. |
| nia. Viterab. 1720. | |
| 14) ————— (resp. J. D. Hensel) id | 29) 29) C. |
| guum paschale et Christi id pro | |
| 15) ————— (resp. G. E. Nolle) id | |
| Judei uis notibus Chr | 30) 30) C. |
| 16) ————— (resp. S. T. Herold) id | |
| diebus servatoris exti | |
| 17) ————— (resp. C. G. Lohmann) | 31) 31) C. |
| Christi de discipulis | |
| 18) ————— (resp. id.) ib. eod. 1 | 32) 32) C. |
| hosto Gethsemane. | F 23) F. |
| | 26) 26) F. |

Ad vitam Jesu Christi.

- 1) A. Pfeiffer praes. (resp. M. Bernhardi) de Trihaeresio Iudaeorum, seu Pharis. Sadd. & Ess. Wittib. 1663.
- 2) Fr. Sylvii Sgrani Apologia in qua divinis Annis nupsisse Clæophae et Salomae evangelicis vs prob. testim. refutatur. 1578. eius epistola Petri Mosellani
- 3) F. G. Hager de anno nativitatis Christi. Chemnicii 1743.
4) (de anno nativitatis Christi) Lps. 1774.
- 5) F. F. Koebel de ostentis circa nativit. Christi. Gerac. 1682.
- 6) P. M. Sagittarius (de fessu nominis origine et efficacia) Altenb. 1676.
- 7) F. F. Koebel de infanticidio Herodis. Gerac. 1683.
- 8) E. F. Wernsdorf de Christo latine loquente. Vilemb. 1771.
- 9) Ch. Loeber de nomine salvatoris satis latino. Altenb. 1747.
- 10) F. A. Danz praes. (resp. F. Veltin) Baptismus proselytorum iudaicorum. Denae 1720.
- 11) H. A. Schott de coasilio quo Jesus miracula edidit. Vilemb. 1810. ^{invoct. p. 212.}
- 12) F. Hildebrand praes. (resp. F. Kuerding) de lachrymis Christi. Helmest. 1661.
- 13) J. F. Bueche praes. (resp. G. Geysen) de unctione in Bettania. Vilemb. 1720.
- 14) ————— (resp. J. D. Hensel) ib. eod. praeparatio ad agnum passionale et christi predicationem. Iudea predicitio.
- 15) ————— (resp. G. E. Nölke) ib. eod. cont. actus Iudei cum hostibus Christi.
- 16) ————— (resp. S. T. Herold) ib. eod. synodus quae diebus servatoris extiterunt.
- 17) ————— (resp. C. G. Loehmann) ib. eod. predicatione Christi de discipulorum scandalizatione.
- 18) ————— (resp. id.) ib. eod. precatio Christi in horto Gethsemane.


- 19) G. C. Herotomajer praes. (resp. G. F. Schoemann) ex occasione locorum Taïti et Suidae Pontius Pilatus praeses. Wittenb. 1679.
- 20) J. D. Ernesti de Pontii Pilati virtutibus politiciis. Alsenb. 1680.
- 21) F. G. Schultze de vera causa quoniam ob eius Christus bonus ubi Christus in cruce fuit actus Golgotha fuerit appellatus. Nurnburgi 1732.
- 22) C. Sagittarius praes. (resp. P. Lange) de lancea qua perfosum tatus fessus Christi. Tense 1673.
- 23) F. Koebel de morte, terrorae et eclipsi solis circa passionem Christi, numquid de his gentilium scriptoribus innoverit? Gedae 1683.
- 24) F. S. Freytag de magnis Pace mortuis. Nurnburgi 1725.
- 25) F de Christi eiusque martyrum teste palmata. Vitab. 1766.
- 26) A. G. L. Weichert (praes. H. A. Schott) de fide historica narrationis de Christo in coelos sublato huius que eventus necessitate. Vitab. 1811.
- 27) F. F. Lange de vestigiis doctrinae de Christo reserto in remotione a nobis Asia vobis. Halae 1761.
- 28) F. F. Koebel numquid Ibyplac tradidicunt de Christi resurrectione? Gedae 1680.
- 29) C. F. Quettius de servitio Christo a Tiberio decreta. Fridericostadii 1762.
- 30) Ch. V. Bosius Emporium Christi in fabulis Apollinis et Minervae fonte quae situs. Lips. 1711.
- 31) C. H. Zeibich de Minerva ad Christi imaginem efficta. Viterab. 1755.
- 32) F. 25) G. E. Aug. Langguth, de Christi eiusque martyrum teste palmata Vitab. 1766.
- 26) G. E. Aug. Langguth, mors acerba Iesu in vitam redditu incunda Vitab. 1766

- D. Schrottmayer praes. (resp. G. F. Schromm) ex occasione locorum Taiti et Suidae Pontius Pilatus praeses. Wittensb. 1679.
- D. Ernesti de Ponti Pilati virtutibus politiciis. Altenb. 1680.
- G. Schultze de vera causa quoniam ob Christus latus ubi Christus in cruce fuit actus Golgotha fuerit appellatus. Nurnburgi 1732.
- Sagittarius praes. (resp. P. Lange) de lancea qua perfosum latus fess Christi. Tense 1673.
- F. Koeber de motu, horae et eclipsi solis circa passionem Christi, nunquid de iis gentium scriptoribus annotuerit? Geae 1683.
- S. Freytag de magno pane mortuo. Nurnburgi 1725.
- de Christi eiusque martyrum teste palmata. Vitensb. 1766.
- G. L. Weichert (praes. H. A. Schott) de fide historica narrationis de Christo in coelos sublati huius que eventus necessitate. Vitensb. 1811.
- F. Lange de vestigiis doctrinae de Christo resurerto in remotione a nobis Asia rebusitis. Halae 1761.
- F. Koeber nunquid Iby Mac tradidicunt de Christi resurrectione? Geae 1680.
- F. Quellus de zemodivis Christo a Tiberio decretis Fridericostadii 1762.
- H. V. Bosius Emporifios Christi in fabulis Apollinis et Minervae fontis quae satis. Lips. 1714.
- H. Zeibich de Minerva ad Christi imaginem efficta. Vitensb. 1755.
- E. Aug. Langguth, de Christi eiusque martyrum teste palmata Vitensb. 1766.
- E. Aug. Langguth, mors acerba Jesu in vitam redditu incunda Vitensb. 1766

- 33 32) F. E. Ch. Heines (prae. F. S. Schröter)
rurus epistola. Italae
- 34 33) G. W. Wedel de loco Josephi de C
- 35 34) Evangelisches Sonntagslied. v. H.
Aeckens, aufgerichtet
Jesus Christi wahr Nico
n. Oberstes Ziel Friede, b
wir sind jähres Rück
wunders wahr. Niemand
spielt uns geben. gedenk
nunns Liedgabes Jesu,

1766
766

- 33 32) F. E. Ch. Heines (praes. F. S. Semler) de Christi ad Abga-
num epistola. Italae 1759.
- 34 33) G. W. Wedel de loco Josephi de Christo. Ferne 1707.
- 35 34) Evangelisches Doctrin i. d. i. der Historie von Leiden,
Leidens, auferstehung i. Hierusalem lebt
Jesu Christi velys Nicodamum p. s. Rabbi
i. Leiden das ist der, der Christus — und
sein wird seines Rücken Jesu Christi Tabag
verfunden velys da Evangelisches auferste-
hungsleben haben. Gedruckt und verlegt von
nunm Leibniz s. f. anno 1676 s. d.



9.

PROGRAMMA
DE
NOMINE SALVATORIS
SATIS LATINO

QVO
IN ILLVSTRI GYMNASIO
FRIDERICIANO ALTENBURGENSI

AD D. XIX. IAN. CIO IOCC XXXXVII.

VIRO
PRAECLARISSIMO AMPLISSIMO DOCTISSIMO QVE
M. SALOMONI RANISCHIO
PROVINCIAM CONRECTORIS

NEC NON

VIRO
PRAECLARISSIMO DOCTISSIMO QVE
VIPRECHTO CHRISTIANO
HVSSIO

MVNVS SVBCONRECTORIS
RITV PVBLICO MANDATVM IRI
SIGNIFICAT

D. CHRISTIANVS LOEBER
CONSILIA. ECCLES. ET CONSISTORIANVS
ITEMQVE SVPERINTENDENS GENERALIS.

AL TEN BURGI
LITTERIS RICHTERIANIS.

STOEGARIA
NOMINE SYLVATORES
CATIS LATINO

ERIDRIGI VNG ALTBANDARENSI
M. SALMONI RANCHO
TRINICIA CONRCOTORIE
A. V. R. O.
PRÆCETRIBUS DOCETRIBUS
ALPHICHO CHRISETIUS
HABSI
MUNAS SYLCOTORIE
RITA LAFICO MANASATU IRI
SICINIAS
D. CHRISTIANUS HOPPE
CONTRIBUTUS TOTUS
PRAESES ET CENSOR
ALPHICHO CHRISETIUS
HABSI
SICINIAS
D. CHRISTIANUS HOPPE
CONTRIBUTUS TOTUS
PRAESES ET CENSOR



A Ω.

Qui verae aeternaeque salutis nostrae princeps, causa, fons, conseruatorque est, Dominus noster IESVS CHRI. STVS, in sacris literis a) propterea Σωτῆρ appellatur, vt infinita ipsius merita ac beneficia illuc nomine praedicentur. Quemadmodum igitur intelligi potest, quam pretiosum, vberimaeque suavitatis, dulcediuis, consolationis, plenum sit hoc vocabulum: ita ecclesiae inter latinos plantandae amplificandaeque plurimum intererat, vt id ipsum, quam commode & explicate fieri posset, e graeco in latinum sermonem transferretur. Nam CICERONIS aetate nullum verbum latinum, quod huic plene responderet, visitatum fuerat, ast, quod post, neque ita multo, inuenitum est, vocabulum SALVATOR, unum omnium maxime, amplissimam Σωτῆρος significationem exprimere, visum est, vnuque ecclesiastico, a doctoribus seu patribus, quorum scripta latina ad nos peruenere, adhibitum ac deinceps peruulgatum, semperque visitatum fuit. Ex quo vero, post ferream luteamque latinitatis aetatem, litterae elegantiores, praeflantissimorum virorum opera, a corruptelis & sordibus repurgari, atque in pristinam dignitatem restitui, coepерunt, fuere complures docti, qui nomen SALVATORIS, tan-

A 2

quam

- a) Ita Angelus ad pastores in agro Bethlehemitico: *annuntio vobis gaudium magnum, quod obtinget omni populo, quia natus vobis hodie est Σωτῆρ.* Luc. II, 10.11.
add. Luc. I, 47. Ioan. IV, 42. Act. V, 31. XIII, 23. Tit. II, 13. reliq.

quam non satis latinum, repudiarent, & Dominum nostrum malling SERVATOREM dicere, quam SALVATOREM: alii tam
men, non minus eruditonis laude clarissimis, pro SALVATO-
RIS vocabulo, in ciuitatem latinam adscripto, propugnantibus. Etsi
vero elucubratis doctissimisque horum commentationibus, haec con-
trouerfa direpta & sublata censeri poterat: b) nihilo tamen minus non
desunt, quos, secus sentientium auctoritate motos, nomine SALVA-
TORIS vti piget. Horum ex animis, vt serupulum euellere, & de-
licatum, quod ostendunt, elegantis huius vocabuli fastidium, abster-
gere possim, dabo equidem, hac obseruatione, operam.

Principio, tantum abest, vt nomen SERVATORIS in CHRI-
STVM conuenire, negemus; vt ipsum, siue prouidentiam, qua cun-
cta gubernat, siue efficientiam, qua nos a malo, peccatis, morte
aeterna, liberat, spectemus, & esse & iure meritoque dici SERVATOREM
nostrum confiteamur laetissimi. Sed an notio SERVATORIS
perfecte accurateque aequari possit cum notione Σωτῆρος,
huiusque omnem vim, largissimamque significationem exhaustiat, id
enim vero in quaestionem venit. Succedit deinde alterum meditationis
caput, an SALVATORIS nomen hac in re nomini SERVATORIS
preferendum sit? tandem vero dispiciendum est, an puri
elegantiorisque sermonis latini cultoribus satis caussae sit, quamobrem
vocabulum hoc veluti in exilium eiulant?

Ad primum quaestionis genus soluendum, non possum, quin perno-
rum CICERONIS dictum, quod qui de hoc arguento scripferunt,
tantum non omnes, allegarunt, referam: scilicet, ubi, quo pacto

C. VE-

- b) Inter complures alias legi possunt summopere reuerendi Theologi & Po-
lyhist. D. Salom. DETLINGIVS obseruat. sacrar. part. II. obseruat
VIII. §. 30. D. Christ. Aug. HEVMANNVS, in notis ad Sammarthani
elogia Gallorum p. 239. item celeberrimi Critici, Ioan. Matth. GESNERVS
addit. ad Fabri thesaur. sub hac voc. Io. August. ERNESTI, in clave
Ciceronis voc. Soter. porro, defuncti Critici, Theologi, Philologoi: Christoph.
ELLARIVS in addit. ad Fabri thesaur. & in cursis posterior. p. 123
Io. GERHARDVS loc. theol. tom. I. p. 399. D. Frider. RAPPOL-
TVS op. theol. p. 506. Io. Henricus ALSTEDIVS in paratit. theol.
p. 398. Cyriacus GVNTHERVS in latinitate restituta p. 517.

C. VERRES praetoram in Sicilia gesserit, commemorat c), itaque ait, *eum non tantum PATRONVM iſtius insulae, sed etiam SOTERA inscriptum vidi Syracusis.* Hoc quantum eſt? Ita magnum, ut latino uno verbo exprimi non poſſit. Is eſt nimirum SOTER, qui ſalutem dedit c). quo quidem teſtimonio probatur, ea tempeſtate, qua CICERO actionem VERRI interderat, nomen SALVATORIS nondum vſu fuſile receptum. at enim vero efficitur etiam hoc ipſo, vt SERVATORIS verbum CICERONI aequē atque CONSERVATORIS fatis notum, notioni Σωτῆρος haud quaquām perfecte repondeat. immo addit etiam CICERO effati ſui rationem: nempe, *SOTERA eſſe, qui ſalutem dedit:* quem ſcīte diſtinguit ab eo, qui ſalutem alterius, in diſcrimen & periculum adduclam, feruat, tuerat, conſeruat. d) Perspiceum igitur eſt, eos, qui in puro latine loquendi genere CICERONEM ſibi imitandum proponunt, & tamen SOTERA latine vertunt SERVATOREM, longe ab iplo diſſentire. Porro cum hic eloquentiae romanae pater, verbum SOTERA uno, nempe ſua aetate viſitato, latino nomine exprimi poſſe negans, tantum de ſalute huius vitae & felicitate ciuili cogitaret, profecto id iſipsum tanto magis perneſgasset, ſi notitia verae ſalutis, quea eſt in CHRISTO IESV imbutus fuiffet, & excellentiſſimum, quod in eius agnitione eſt, (τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Phil.III 8.) percepiſſet. Nomen Σωτῆρ a verbo σωζειν, quod ſaluum facere ſignificat, derivatum, a profanis olim non tantum diis, ſed regibus etiam, principibus, & medicis attributum eſſe, ex numis & lapidibus conflat e): & propterea quidem, quod a malis liberaffent, vel liberaffe viderentur. Qua ratione iidem latine & recte SERVATORES, CONSERVATORES, dicebantur. Nam SERVATOR, & CONSERVATOR, eſt, qui ſalutem tuerat, periculum auertit, a ma-

A 3

lo

c) Orat. in Verr. lib. II. §. 63.

d) Ita lib. I. famili. epift. 9. cum ſcribere potuiffet, *Seruatoribus meis,* ſcripſit, *ſalutis meae auctoribus.*

e) Vid. ſum. reuerend. D. Val. Ern. LOESCHERI Stromat. p. 176. Conf. etiam laudati I. A. ERNESTI clauem Cic. in voce Sozer. Ezech. SPANHEMII epift. ad Andr. Morelliū I. in Gotha nutmaria p. 46: fq. Obſeruat. Deylingianam ſupra ad b) allegatam.

lo liberat, ab interitu vindicat. Quam significationem etiam verbum SOSPITARE habet, nempe aliquem saluum atque incolumem praestare. unde nomen SOSPITATOR f.). At satis perspexit CICERO, notionem Σωτῆρος non tantum priuationem & liberationem malorum, quae seruando efficitur, sed praeterea etiam salutis donationem, complecti. quapropter SERVATORIS vocabulum notioni Σωτῆρος non plene respondere existimauit. Quo magis aequum est, Christianos nos idem sentire, quibus scriptura laeca notionem τὸ Σωτῆρος nostri, tam explicate, tam copiose tradit, vt non tantum, quae & quanta sit, quam nobis peperit & donat, salus g), cognoscamus, sed perspicue etiam intelligamus, hanc eius notionem duplificem esse: & priuatuum & posituum, vt Philosophi loquuntur. Illa nimurum designat seruatorem & liberatorem, qui ab omni miseria, ab omni malo, culpae, poenae, damni, nos liberat: haec verae salutis auctorem datoremque, qui nos omnibus bonis tam ad gratiae quam gloriae, immo etiam potentiae, regnum, pertinentibus, donat, augetque cumulatissime.

Quae cum ita sint, consentaneum est, nomen SALVATORIS in latina Σωτῆρος versione anteponi debere vocabulo SERVATORIS, itemque SOSPITATORIS. Nam saluus est, qui salute fruatur: Inde deriuatum verbum *saluare*, idem est ac *salutem dare* & *conseruare*. nomen SALVATORIS autem, ad exprimendam duplificem iam declaratam notionem, aptum natum, ex instituto denotat auctorem, principem, datorem salutis, qui salutem efficit, donat, conseruat.

Satis etiam latinum esse idem nomen, iam commonstrandum est. Et primum quidem necessitas postulavit, vt, si vocabulum Σωτῆρ vno

- f) Licet hanc vocem idem significare, quod Σωτῆρ, H. GROTIUS not. ad Matth. I, 21. censeat, eam tamen omnem vim vocis Σωτῆρος exhaustire, non liquet.
- g) In graec. hebraici codicis vers. LXX. respondet hebraico יְשָׁרֵךְ, sigil. latin partic. Yesharach Ies. XLV, 15. 21. item coniugatis יְשָׁרֵךְ Psalm. XXIV, 15. יְשָׁרֵךְ Ps. LXXXII, 7. κ.τ.λ. semperque significat fontem auctoremque salutis humanae.

vno latino verbo reddi debuit, nouum nomen formaretur. QVIN-TILIANVS quidem, casitatis latini sermonis vigilans custos, ovoqua-torū, seu nouorum nominum fictionem non concessam esse, vel faltem vix permitti, moriet ^{b)}. aliter tamen, suo tempore, CICERO sentiebat, qui non tantum, Stoicorum, inquit, non ignoras, quam sit subtile, vel spissum potius differendi genus: idque cum Graecis, tum magis nobis, quibus etiam verba parienda sunt, impo-nendaque noua nouis rebus nomina: quod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur, cogitans, in omni arte, cuius usus vulgaris communisque non est, multam nouitatem nominum esse ⁱ⁾: sed hoc ipsum suo etiam exemplo comprobauit ^{k)}. Potuit autem hac in causa facile reperiri vocabulum SALVATOR, significacioni ΣωΤΗΡΟΣ exprimendae abunde satisfaciens. Digna sunt, quae heic referantur, AVG-V-STINI verba: Qui est hebraice IESVS, graece ΣΩΤΗΡ, nostra au-tem locutione SALVATOR. Quod verbum latina lingua antea, (scil. CICERONIS aetate) non habebat: Sed habere poterat, sicut potuit, quando voluit ^{l)}. Atqui necessitatem hac in re ipse CICERO perspexit, tantum de salute ciuii locutus: quo magis necessaria fuit noui nominis formatio, ad mysterium CHRISTI declarandum, et nomen tanti momenti exprimendum. Pari necessitate co-acti ecclesiae doctores, non potuerunt, quin vocabula paene multa, explicandarum doctrinarum diuinarum causa, introducerent, antea non visitata, qualia sunt e. c. DEITAS, TRINITAS, INCARNATIO, RESVRRECTIO, BAPTISMVS, BA-PTIZARE, reliqua. Deinde nomen SALVATOR vocabulo

anti-

^{h)} Institut. Orator. lib. I. cap. 5. & VIII. cap 5.

ⁱ⁾ Lib. III. de finibus bonorum & malorum. sub init.

^{k)} Non tantum loc. cit. nominum graecorum, cinitate latina donatorum, v. g. philosophiae, rhetoricae, dialecticae etc. mentionem facit, sed in lib. de fa-to, §. i. nos, ait, philosophiam de moribus appellare solemus: sed decet angentem linguam latinam nominare MORALEM. ita beatitatis & beatitudinis vocabula recepta esse, docet de natura Deorum lib. I. cap. 34. at ipsa, inquit, siue beatitas, siue beatitudo dicenda sit, utrumque omnino durum, sed usu nobis verba mollienda sunt.

^{l)} Lib. III. de Trinit. cap. X.

antiquiori satis latino deriuatum est. Quam multa peregrina vocabula sint, quae cum latina eadem significationem habentia non reperiri possint, in ciuitatem latinam eodem iure adscribi debeant, quo CVRTIUS multa adoptauit Persarum vocabula, fuse docet celeberr. supra allegatus HEVMANNVS ¹⁾. sigillatum quam absurdum sit in titulis Principum, aliisque auctoritate Principum introducitis nominibus, studio purioris latinitatis aliquid immutare velle, optime monet Ioan. Gottlieb HEINECCIVS ^{m)}. Sed eiusmodi exempla hic allegare, nihil necesse est: cum SALVATORIS nomen, quoniam & latinae originis, & in latio natum est, eo magis ius suum latinum tueri possit. accedit, quod etiam formatio-
nis ratio satis latina sit. Nam a *Saluus* optime fit *saluare*, a *saluare* vero *saluator*: utrumque legibus grammaticis, & PRISCIANI obser-
uationibus ⁿ⁾ conuenienter.

Reliquum est, vt, quid tandem de aetate vocabuli statuendum sit, persequamur. Doctores Ecclesiae veteris, seu vti appellari solent, patres, quorum scripta latina ad nos peruererunt, si non sub finem seculi secundi, saltem tertio, eo vsi sunt. TERTULLIANI, seculo II. christianam religionem amplexi, aetate, id, saltem in Africa, nondum vsu receptum fuisse, Gerh. Ioan. VOSSIO ^{o)} propterea visum est, quod hic CHRISTVM non SALVATOREM sed SALVTIFICATOREM appellauerit. At quamvis cum DEVMT triunum tum Personam CHRISTI aliquoties SALVTIFICATOREM ^{p)} itemque SALVIFICATOREM ^{q)} vocet, tribuit tamen CHRISTO etiam nomen SALVATORIS ^{r)}. Ceterorum, quos hic aetate ante-

1) Epist. critica de iure latinam lingua augendi nouis vocabulis, quae Quintilia-
ni dialogo de causis corruptae eloquentiae, ab ipso edito, adiecta est.

p. 161.

- m) In fundam. stili cultioris edit. 1730. p. 55. sq.
- n) De octo parebus orat. lib. IV. & VIII.
- o) De vit. serm. p. 771.
- p) Aduersus Marcion. lib. II. cap. 19. cap. 3. de resurrectione carnis, cap. 47.
de carne Christi cap. 15.
- q) De pudicitia cap. 2.
- r) Aduersus Marcion. lib. III. cap. XVIII. lib. IV. cap. 14. aduersus Iudeos
cap. 10.

antecessit, dicta recensere, non refert magnopere. In primis tamen LACTANTIVS audiendus est, qui, cum seculo IV. tam pietate, quam sili elegantia, singularique CICERONEM imitandi studio floreret, SALVATORIS nomen libenter adhibuit: IESVS, inquit, *latine dicitur salutaris, siue SALVATOR, quia cunctis gentibus salutifer venit* ^{s)}.

Verum enim vero, quod multo maximum in hac quaestione est, usus nominis SALVATORIS longe antiquior est scriptis patrum. Perelegans AVGUSTINI locus est, dignus qui referatur, ut cum maxime. Scilicet, IESVS, ait, i.e. SALVATOR noster. hoc est enim latine IESVS. Nec quaerant Grammatici, an sit latinum, sed Christiani, quam verum. Salus latinum nomen est: Saluare & Saluator, non fuere haec latina, antequam veniret SALVATOR. quando ad latinos venit, & haec latina fecit ^{t)}. Quod his verbis docet, nempe, simul ac doctrina euangelii latinis tradita sit, vnu receptum esse nomen SALVATORIS, id quidem dubio carere, mihi persuassimum est. Nam ut ne quid de viris apostolicis, Apostolorumque comitibus & in praedicando euangelio administris, dicam, neque, quamdiu PETRVS Apostolus Romae commoratus sit, exquiram: certe PAVLVS Apostolus primum biennio, & postea iterum integrum annum Romae fuit, & euangelium docuit. Num dubium esse potest, euangelium ea tempestate Romanis, etiam lingua latina, ipsis vernacula, explicatum esse? nihil vero tam improbabile, tam incredibile est, quam, nomen IESV, quod Graecis Σωτήρ est, & summam, maximumque momentum euangeli, salutemque ipsam complectitur, nullo tunc vocabulo latino redditum esse. Igitur fidem habet, quod AVGUSTINI testimonio efficitur, iam aeuo apostolico nomen SALVATORIS vnu receptum esse.

Immo

s) De vera sapientia lib. IV. cap. XII. §. 6.

t) Serm. CCXCIX. edit. Congreg. Maur. tom. V. p. 846.

Immo idem etiam ethnici romanis seculo primo usitatum fuit.
Docet hoc vetus inscriptio, quam ex GRVTERO^{u)} alii dudum
terulerunt.

IOVI CVSTODI
QVIRINO SALVATORI
PRO SALVTE
CAESARIS NERVAE
TRAIANI AVG.

COL.

SARMIZ.

Imperator Romanorum NERVA TRAIANVS & vixit, & vita
functus est, seculo I. consequens igitur est, ethnicos, qui alias diis suis,
& Principibus nomen Σωτῆρος attribuere, illo seculo etiam nomen
SALVATORIS loco Σωτῆρος usurpare x). itaque hoc voca-
bulum seculo primo in latio natum est. & hoc primum a christianis
invento, deinde, ut videtur, ethnici eodem seculo abusi fuere supersti-
tiose.

Vt circa idem tempus venit, ut elegantia sermonis latini a va-
riis caussis nonnihil detrimenti acciperet. unde aetas latinitatis primum
in auream distingui solet, & argenteam. non contendam heic de termino
illam ab hac discernente: eundem tamen in seculum primum incidere
constat. mea vero nihil interest, aureaene, an argenteae aetati adscri-
bitur nomen SALVATORIS: id satis latinum esse, non adaffir-
ui tantum, sed rationibus etiam idoneis confirmavi.

Sit argenteae, etiam satis latinae, si non aureae, quod non proflus
incredibile est, aetatis, nomen aureum, significationem habens au-
ro longe cariorem.

His praemissis, panegyris, eras, in Gymnasio, si DE O placuerit
horis pomeridianis, instituendam indico. A commemoranda sunt mu-
nia publica, nominibus quidem a puriore latinitate remotis, CONRE-
CTORIS

u) Inscript. p. 19.

x) De numo in VETRANIONIS honorem seculo IV. enso, cuius parte
auera VETRANIO SALVATOR REIPUBLICAE dicitur, vid.
acta erudit. latin. Lips. 1687. p. 644.

CTORIS & SVBCONRECTORIS, auctoritate tamen dudum publica introductis, designata; posita vero sunt in officiis, adolescentes cum SALVATORIS nostri, huiusque doctrinae euangelicae notitia imbuendi, praceptorisque verae pietatis augendi, tum linguarum, sigillatim elegantioris latinitatis scientia, aliisque artibus liberalibus instituendi. Impleuere eadem adhuc, de studio iuventute nostra optime meriti, alter I. A. MAYERVS, Conrector, alter M. Christianus Gotthilf SCHOENFELD, Subconrector, ambo nunc in ministerii euangelici ordinem adscripti: ille nimurum Pastoris & Adiuncti Luccauiensis vices suscepit, hic Pastori Grosensteinensi substitutus est. His, quoniam Serenissimus Princeps ac Dominus, Dominus FRIDERICVS, Dux Saxoniae, Iuliaci, Cliviae, Montium, Angariae item Westphaliaeque, Landgravius Thuringiae, Marchio Misniae, Principis dignitate Comes Hennebergae, Comes Marcae & Ranensbergae, Dynastia Rauensteinii & Tonnae, Dominus noster & patriae Pater longe Clementissimus, Perillustri Consistorio probata, Curatorum Gymnasii vota, rata habuit clementissime, iam sufficiuntur Viri doctissimi, M. Salom. RANISCHIUS Conrector, Viprecht Christianus HVSSIUS Subconrector. Prodam ipsos ritu publico, praemissa breui oratione de doctrina iuris naturalis & notitia DEI deriuanda. illi vero prouinciam quisque suam suscipient, orationibus, Conrector de Socrate, boni Praeceptoris exemplo, Subconrector de eximia DEI prouidentia, circa studia humanitatis, habendis.

Quam panegyrin, vt Excellentissimi, Perillustres, Illustresque aulae & urbis Proceres sua praesentia clementer ornare, grauissimi etiam Gymnasii Curatores, sacrique ordinis Collegae maxime plurimumque reuerendi, ceterique literarum Patroni Fautoresque benevolentissime honestare, ne dedignentur, precibus humilimis perque officios contendo. clues vero atque alumnos Gymnasii & adesse iubeo, & obferuantiam, quam debent, modeste demonstrare. P. P. ad
xviii. Ianuarii eto mccc xxxxvii.





Thi 780




Sb.

KD 17

D

w. C.



9.

PROGRAMMA
DE
NOMINE SALVATORIS
SATIS LATINO

QVO
IN ILLVSTRI GYMNASIO
FRIDERICIANO ALTENBURGENSI

AD D. XIX. IAN. CIO 10CC XXXXVII.

VIRO
PRAECLARISSIMO AMPLISSIMO DOCTISSIMO QVE
M. SALOMONI RANISCHIO
PROVINCIAM CORRECTORIS

NEC NON

VIRO
PRAECLARISSIMO DOCTISSIMO QVE
VIPRECHTO CHRISTIANO
HVSSIO
MVNVS SVBCORRECTORIS
RITV PVBLICO MANDATVM IRI

SIGNIFICAT

D. CHRISTIANVS LOEBER
CONSILIA. ECCLES. ET CONSISTORIANVS
ITEMQVE SVPERINTENDENS GENERALIS.

AL TEN BURGI
LITTERIS RICHTERIANIS.